Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38125
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



15

Cherubim esse nomen angelicarū uirtutum.
hiezechiel prophēta manifeste declarat.
quas sic iuxta exemplū quo hic fieri iubē
tur. cum alis sibi apparuisse designat dicens;
& uox alarū cherubin audiebatur usq; in atriū
exterius. sicut uox dni loquentis; & quidem
numero singulari cherub. pluralis autē che
rubim dicitur; & est nomen generis masculini;
sed greca consuetudo neutro genere posuit che
rubin. m littera in n mutata; uerum noster
interpres. hebraeum secutus idioma masculino ge
nere posuit. duos cherubin aureos & produc
tiles facies. ñ duo cherubin aurea & produc
tilia. quod scriptorū incuria credo in eius trans
latione esse corruptū; utq; cherubim antiquo
rū more scriberētur cherubin; Interpretatq;
cherubim siue cherubin. scientiae multitudo.
uel scientiae intellectus; quod uidelicet tanto
rectius angelicis potestatib; congruit. quanto
p fecte ab omni inpulsu inpure cogitationis
alienis uisionis suis conditoris adherent; Idcirco
autē alas uel in figura cherubim moyses facere
iubetur. uel in ipsa eorū specie uidisse se pro
phēta testatur; quod sic licentia solet imitan